

est modus et ordo in Romana et universalis ecclesia datus adipiscendi ecclesiasticas dignitates? Quem nisi quis servaverit, si aliunde ascenderit, utique non intrat per ostium, sed tamquam lupus rapax aut fur vel latro⁴⁾ est repellendus et merito in fide devius reputandus, presertim si pertinaciter se 45 defendat, ut fit in casu isto.

(Z. 18, exorbitanciis:) Cum iura antiqua et nova sint plena censuris istis ac eciam gravioribus frequenterque principes et magnates mandatis ecclesie rebelles arceantur, quomodo tu dicis hec exorbitancias inauditas?

(Z. 19, iuri:) Ymo secundum iura cum ratione maxime dictante sancto spiritu adinventa, nisi 50 tu cum Wicleff et Huß volueris censuram ecclesiasticam contempnere et enervare.

(Z. 20, latenter:) Cave, ne in te lateat ista secta, qui spensis Romane ecclesie auctoritatem!

(Z. 25, subtrahuntur:) Hic serpit virus nequam heretice pravitatis, que extinguere nititur ecclesiastica potestatem.

(Z. 28, huic rei:) Si ocupacionem domini tui rem hanc vocas, verum dicis, quia sua insaciabilis 55 ambicio ipsum et officialium aviditas in bonis ecclesie crassancium hanc rem preter omnem iusticiam induxerunt.

(Z. 29, opinantur:) Si de translacione loqueris, cuius execucio fit per processus, os in celum ponis, papam defunctum redarguens et fratres suos. Verum dominus tuus intrusus, qui fuit in curia Romana tempore illo et libens prece vel precio Treuerensem ecclesiam comparasset eciam contra consuetudines et pretensa privilegia, que nunc pro se allegat, experiri potuit, que fuit occasio translacionis, cum translatus tunc nec minimum denarium nec aliquod mandatum ad curiam destinasset.⁵⁾

(Z. 30, appellatum:) Ista ad concilium appellacio a provisione ecclesie tam mature facta per papam, si admitteretur, omnia iura subverterentur, nec aliqua provisio papalis umquam posset stabiliri, oporteretque aut semper esse concilium congregatum aut provisiones ecclesiarum protrahi nimis diu. 65

(Z. 39, periculum:) Ecce quomodo fatetur dominum sum cum suis complicibus clerum compellere ad prophananum, et satis mirum est, quod tot notoria flagicia quasi dissimulantur.

(Z. 46, remedio:) Verum tocius huius cause remedium esset, quod sacrum Basiliense concilium dominum Vlricum de Mandelsch. cum suis complicibus instanter requireret et moneret, quod sacris canonibus se conformarent, reatum suum agnoscerent et ad gremium ecclesie reverterentur. Quod 70 si facere vellet, eis venia et honestus status domino Vlrico promitteretur loco beneficiorum dimissorum. Sin autem, tunc, ex quo nollent audire ecclesiam, haberentur per concilium ut ethnici et publicani.⁶⁾ Indubie namque sequeretur ex hoc, quod multi nobiles, cives et plebeii, qui nunc vident concilium non solum dissimulare, sed eciam quodammodo nutare, an processus apostolici sint servandi, tunc videntes concilium assistere iusticie, aut inducerent dominum Vlricum ad obedientiam aut 75 eum desererent, prout a pluribus successive iam eciam noviter est desertus, et sic causa per dei graciā brevissime fine optimo terminaretur.

⁴⁾ Vgl. Iob. 10,1 und 10,12.

⁵⁾ Doch vgl. über Rabans mögliche Vertrauensleute an der Kurie Meuthen, Trierer Schisma 63, und oben Nr. 81 Anm. 9.

⁶⁾ Vgl. Matth. 18,17.

<nach 1432 Juli 14 / September 27, Rom.>

Nr. 137

Magister Hartungus (Molitoris von Cappel). *Gegenschrift zur Supplik des Trierer Prokurator*s <NvK>.

Reinschrift: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 54^{rv}.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 19 Nr. 23 und 135, 143f.

Rabans römischer Sachwalter Hugo Dorre wohnte in Rom im Hause des Rota-Auditors Hartung von Cappel; vgl. zu diesem Meuthen, Trierer Schisma 11. Nachdem Dorre die Supplik des NvK erhalten hatte, ließ er durch Hartung die Gegenschrift ausarbeiten, die wahrscheinlich für den engsten Beraterkreis des Papstes gedacht war. Vgl. dazu Meuthen, Trierer Schisma 19 und 143f. Das Datum ergibt sich wie bei den beiden vorhergehenden Stücken Nr. 135 und Nr. 136.

Supplicatio ista post multa narrata, que in magna parte sunt falsa, concludit et petit committi causam appellacionis cleri ac pretense nullitatis processuum habitorum cum potestate absolvendi ad cautelam ac citandi etc. Et ut appareat ex narratis, nititur illam pretensam nullitatem fundare in duobus:

Primo in appellacionibus cleri. Nam dicit ante sentenciam declaracionis pro parte cleri appellatum.¹⁾

5 Quam appellacionem non recordor me vidisse; sed ponamus sine prejudio, quod fuerit qualiscumque. Tamen, licet obstare posset declaracioni, non tamen primis processibus, qui illam precesserunt. Eciā ipsi supplicantes sibi ipsis respondent ad hanc obiectionem, ubi dicunt, quod papa appellaciones interpositas et interponendas cassavit. Et credo, quod eas et omnem earum effectum cassaverit, ut videri poterit ex tenore littere cassacionis. Et sic ille obiectus asserre nullitatis ex parte talium 10 appellacionum inducere, si qua fuisset, cessat, et per consequens absolucio ad cautelam locum non habet, nec eciā interdictum generale relaxari potest ad cautelam, ut in c. ‘Presenti’ de sen. ex., li. VI.²⁾

Secundo dicit in eadem supplicacione, *die nullitas der Prozesse sei aufgrund neuer instrucciones offenbar, doch lasse er sich über die Wirkung der instrucciones nicht näher aus. Was er darüber in der cedula (s.o. Nr. 129) sage, nämlich quod iudex usw. (s. Nr. 129): salva reverencia asserentis puto falsum et fictum.*

15 *Zum weiteren, nämlich quod primo debuisset usw. (s.o. Nr. 129): nescio, unde hoc habeat vel dicere audeat. Nam licet iura dicant sentenciam censure eciā interdicti debere precedere monitionem, ut in c. ‘Reprehensibilis’ de app.³⁾ et in c. ‘Sacro’ de sen. ex.⁴⁾, non invenio tamen, quod aggravacio et reaggravacio illam precedere debeat necessario. Ymmo eciā si monicio non precesserit, sententia propterea non est nulla . . . , nisi in duobus casibus expressis in c. ‘Per tuas’ de sen. ex.⁵⁾*

20 Nec est verum, quod forma mandati domino Herbipolensi directi hoc habeat. Ymmo expresse habet inter sentencias et penas, quibus rebelles moneri mandantur, ut moneantur sub pena interdicti, ut ex ipsis inspeccione videri poterit. Et si forma mandati predicti hoc haberet, reputo, quod de hoc non avisasset in cedula ad partem, prout fecit, sed posuisset in ipsa cedula supplicationis, ubi tamen plura alia falsa expressit.

25 Sic eciā, si concilium de talibus causis se intromitteret, prout revera se intromittere non deberet, sed remittere ad curiam domini nostri pape, a quo ea, que verisimiliter deduci possent in hoc facto, melius et congruencius expediri possent, cum apud sedem apostolicam multa de dictis narratis examinata prius fuerint et eciā ipsis domino R. archiepiscopo provisum, et ne per novam examinacionem eorum faciendam detur longior prorogacio in detrimentum animarum domini de Mandelscheit 30 ecclesiam Treuerensem . . . occupantis et sibi adherencium: nescio videre, quomodo supplicantes aliqua ex petitis consequi possent, cum asserta nullitas processuum in toto cesseret.

Ad alia narrata levissime responderi potest, et maxime ad illud, quod dicit in principio, quod procurator produxerit debitam obedienciam, certificans executorem, quod dominus R. archiepiscopus illam habebit, illis prius habitis, ad que ipsa obediencia accessorie sequitur. Non intelligo, quid per 35 hoc velit dicere, nisi vellet forsitan dicere, quod postquam haberet possessionem ecclesie et castrorum, quod clerus tunc sibi vellet obedire. Ad hoc est responsio clara, quod hic agitur de parentis mandatis domini nostri pape et sui delegati, cui talia obici non possunt, cum indubitatem iurisdictionem habeat, secus forte si prefatus r. p. dominus Rabanus ordinaria sua auctoritate aliquid mandasset, antequam possessionem vel saltem partem eius habuisset.

40 Quod autem dicit de abusu censorum, clarum est, quod pro parte ipsius domini archiepiscopi nullus abusus factus est, sed omne moderamen cum omni mansuetudine et humanitate.

Et quod dicitur de scandalo, certum est ipsum dominum archiepiscopum non esse in causa, sed illum de Mandelscheit et suos adherentes etc.

Et quod dicit, quod per concilium esset talibus providendum, optime dicit, quia celeriter deberet 45 ille de Mandelscheit amoveri, ne diuicius fraudarentur anime subditorum ipsius ecclesie, et eis deberet prefici prefatus dominus R. archiepiscopus verus eorum pastor etc.

¹⁾ NvK drückt sich an dieser Stelle vorsichtiger aus und nennt den Appellant nicht ausdrücklich (appellatum est, Nr. 128 Z. 30).

²⁾ c. 10 in VI^{to} de sentent. excomm. V 11.

³⁾ c. 26 X de appellat. II 28.

⁴⁾ c. 48 X de sentent. excomm. V 39.

⁵⁾ c. 40 X de sentent. excomm. V 39.